



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

XXV. Vnde supra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

ANNO
CHRISTI
416.

tiam sequantur, aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat pro- uocare. Et quisquis probatus fuerit, per contuma- ciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, vt nul- lus ei communicet episcoporum, donec obtem- peret.

Cod. Can. cap. 122.
Conc. Afr. cap. 89.
2. quest. 6.
A iudici- bus.
2. quest. 6.
Quisquis.

XXV.

Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur a vicinis e- piscopis diligentibus, & ei sua negligentia demon- stretur, vt se excusare non possit. Quod si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouin- cia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholi- cam conuertendos curauerit, non ei communice- tur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non adscribatur episcopo. Si autem pro- batum fuerit, eum de communionem illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos, eo sciente, non communicasse constiterit, etiam epi- scopatum amittat.

Cod. Can. cap. 123. in sequente
Conc. Afr. cap. 90. & 91.

XXVI.

Item placuit, vt quicumque episcoporum, ne- cessitate periclitantis pudicitia virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compun- cta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) ve- lauerit virginem, seu velauit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit Concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

In Decr. Ino. lib. 3.
Cod. Can. cap. 126.
Conc. Afr. cap. 93.
Carthag. 3. cap. 4.